



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

IX. Erzbischof Willbrand von Magdeburg bestätigt dem Kloster Trebnitz
seine Besitzungen im Lande Lebus, am 16. März 1253.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

VIII. Herzog Boleslav von Schlesien und Polen bestätigt den Klöstern Lebus und Trebnitz so wie der Stadt Müncheberg die früheren Schenkungen, im Jahre 1245.

— — ne nostrorum fiant irrita facta progenitorum, quam plurimum noticia volumus eadem commendare, ut uel sic maliciis hominum ualeamus obuiare. Nouerit siquidem uniuersitas fidelium — — quod bone memorie duces zlesie et polonie, Auus et pater noster, quorum uterque Henricus nomine uocabatur, piam circa domos religiosas sollicitudinem gerentes, ipsis in temporalibus sibi a deo collatis eternorum intuitu prouiderunt, ut dum ipsis carnalia partirentur in terris ipsorum, laboribus adiuti spiritualium participes efficerentur in celis. Inter quas cum domus Lubense scilicet monasterium et Trebnicense Cystericiensis ordinis, Vratizlauenensis diocesis, speciali prerogatiua dilectionis ratione meritorum redderent insignes, sicut affectibus ita et redditibus noluerunt deesse quin ipsas efficerent locupletes. Et quia constat, quod predicti nostri progenitores ante nos nostra dederunt, nos Boleslaus, dei gratia ipsorum filius et successor heresque legitimus, dux zlesie et polonie, ipsorum donationes seu libertatis, sicut in scriptis inde confectis plenius continetur, ratas habentes confirmamus. Significantes nichilominus prefatos duces cenobijs predictis in territorio de Lubus quadringentos mansos cum lacubus infra sitis cum omni utilitate contulisse, uolentes ut opidum, quod nunc Monichberch appellatur, forum haberet et ius teutonicum centumque mansos pro agricultura et pro pascuis decem et locatoribus in antea, Henrico scilicet et Danieli, duodecim mansi per manum Abbatis Guntheri iure darentur feudali. Verum quia predicta bona in finibus polonie sunt constituta, ut ab hostium incursiis magis forent secura, placuit prudentie et sollicitudini ducum, quatenus predicti claustrales duas fundarent grangias, adicientes cuilibet quindecim mansos; set postea ad instantiam domini Guntheri Abbatis pater noster addidit sue grangie quindecim iterato, et de pratis ad sex mansos circa fluium qui Stoborow nuncupatur. Insuper quelibet villarum constructarum debet habere quinquaginta mansos a cultoribus iure teutonico possidendos. Nunc autem quoniam nostrorum progenitorum donatio nostra tenetur esse confirmatio, hec et omnia alia, que iustis modis possidetis, prout in priuilegijs ducum uel aliorum nobilium continetur, uobis et per nos nostris monasterijs scripto presenti confirmamus. Datum anno gratie M^o. CC^o. XLV^o.

Wohlfürst I, 108.

IX. Erzbischof Willbrand von Magdeburg bestätigt dem Kloster Trebnitz seine Besitzungen im Lande Lebus, am 16. März 1253.

Wilbrandus, dei gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Omnibus in perpetuum. — — vnde cum inter nos et Ecclesiam nostram ex vna parte, ac Abbatissam et Monasterium Trebnicense, dyocesis vratizlauenensis, ex altera, super bonis, que se in terra Lubuffensi habere dicebant, questio uerteretur, pro bono pacis et concordie concordauimus sic

cum ipsis, quod nos acceptis quinquaginta marcis argenti a Monasterio superius memorato confirmauimus eis de consensu Capituli nostri, quod ex parte donatoris minus est factum, villam Trebniz cum quinquaginta mansis, Johansvelt cum quinquaginta mansis, Golisdorpf cum quinquaginta mansis, Bucholt cum quinquaginta mansis, Item XV mansos ad curiam, et hij mansi in omnibus villis predictis mensuram hactenus habitam obseruabunt. Hec omnia de nouo donauimus et confirmauimus. Cum pratis, aquis, pascuis, Molendinis, Iuditiis, Cum omni iurisdictione similiter et utilitate plena, nichil nobis iuris retinentes in uecturis, exactionibus seu in alijs commoditatibus quibuscumque. Quatuor tamen exceptis, uidelicet homicidio et furto, quod morte dignum est puniri, si fortum dimidiam marcam argenti in estimatione transcendit, et oppressione mulierum seu virginum violenta et iudicio falsariorum monete, qui enormitate delicti pena sanguinis puniri digni sunt. De istis quatuor capitalibus iudicijs due partes lucrj cedent monasterio et Abbatisse Trebnicensi, Tercia uero nobis. Et ut hec stabilia perseuerent monasterium Trebnicense, nos et Capitulum nostrum munimus nostrorum Robore Sigillorum. Testes insuper sunt Albertus, maior prepositus, Rudolfus, decanus, prepositus Craphto, prepositus Ropertus, Scolasticus Hermannus de Sladem, Walterus Misnensis, Dominus Magnus, prepositus Lubufanus, et alij Ecclesie nostre Canonici, Henricus de Alefleue, Dapifer, Gerardus de Wedde, Godefridus de weddinge, Henricus de Richow, aduocatus in Lubus, Henricus de Nendorp, Magdeburgensis aduocatus, et Alij. Datum Magdeburg, per manum Thidmarj Notarij anno gratie M^o. CC^o. LIII^o. XVII^o. Kalend. aprilis, pontificatus nostri anno XVIII^o.

Bohmer I, 178.

X. Erzbischof Rudolph von Magdeburg vergleicht sich mit dem Kloster Lebus über Müncheberg und andere Besitzungen des Klosters im Lande Lebus, am 18. April 1253.

Rodolphus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie electus et consecratus — —
 — — Unde est inter nos et ecclesiam nostram ex una parte, ac abbatem et monasterium de Lubes dyocesis Vratislauenensis, ex altera, super bonis, que se in terra Lubucensi habere dicebant, questio uerteretur, pro bono pacis et concordie concordauimus sic cum ipsis, quod nos oppidum Monekeberch cum omnibus suis pertinencijs retinemus et damus eisdem de consensu capituli nostri villam Buchowe cum suis attinencijs, et in fluuio Stobrowe medietatem molondini cuiusdam. Damus et ipsis villam Sifridisdorp et villam Slautin cum eis, que assignata sunt ipsis, excepto stagno, quod Slautin uocatur, quod nobis liberum retinemus, concessa eis illa stagni particula, in qua antiqui incole piscari solebant, hec de nouo donamus, dantes nichilominus, quod ex parte donatoris minus est factum, villam Oprechti cum Lmansis, villam que Curia uocatur, cum XXXVI mansis, villam thome cum Lmansis et super Stobravam VII mansos in pratis et unum molendinum, quod super aquam Clobuk est situm, hec inquam omnia de nouo donamus et confirmamus cum aquis, pratis, pascuis, molendinis, iudicijs et cum omni iurisdictione simul et utilitate plenaria, nihil nobis iuris penitus retinentes in uecturis, exactionibus seu alijs commoditatibus quibuscumque, quatuor tamen exceptis, homicidio uidelicet ac furto tali, quod morte puniri me-